

bant, sic nonnulli faciunt: non ad-civerunt tibicines, ut fit in aliis castris: sed Dei supernè auxilium invocabant, ut adesset, opem ferret, & manum præberet propter quem bellum gerébant, pro cuius glória decertabant.

30. Tua est potentia, tuum regnum Dómine: tu es super omnes gentes: **31.** Da pacem Dómine in diebus nostris. **32.** Créator omnium Deus, terribilis & fortis, iustus & misericors. Da pacem. **Gloria Patri. Da pacem.**

33. **vij.** P celsus sol in clypeo aureo, & resplenduerunt montes ab eis: **34.** Et fortitudo Géntium dissipata est. **35.** Erat enim exercitus magnus valde, & fortis: & appropriávit Judas, & exercitus ejus in prælio. Et.

36. **vij.** Duo Sêraphim clamabant alter ad alterum: **37.** Sanctus, sanctus, sanctus, Dóminus Deus Sabaoth: **38.** Plena est omnis terra glória ejus. **39.** Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Sanctus. **Gloria Patri. Plena.**

FERIA SECUNDA.
De libro secundo Machabæorum.

Lectio i. **Cap. 2.**
Invenitur autem in descriptionibus Jeremix Prophète, quod jussit eos ignem accipere qui trans-

migrabant: ut significatum est, & ut mandávit transmissis. Et dedit illis legem, ne obliviscerentur præcepta Dómini, & ut non exerrarent mentibus videntes simulacra aurea, & argentea, & ornámenta eorum. Et alia hujusmodi dicens, hortabatur ne legem amoverent à corde suo.

30. Dixit Judas Simóni fratri suo: Elige tibi viros, & vade, libera fratres tuos in Galilæam: ego autem, & Jonathas frater tuus, ibimus in Galaadim: **31.** Sicut fuerit voluntas in celo, sic fiat.

32. Accingimini filii potentes, & estote parati: quoniam melius est nobis mori in bello, quam videre mala gentis nostræ, & sanctorum. Sicut.

Lectio ii.
Erat autem in ipsa scriptura, quomodo tabernaculum & arcam jussit Propheta divino responso ad se factò comitari secum, usquequo exiit in montem, in quo Moyses ascendit, & vidit Dei hereditatem. Et veniens ibi Jeremias invenit locum speculæ: & tabernaculum, & arcam: & altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit. Et accesserunt quidam simul, qui sequebantur, ut notarent sibi locum: & non poterunt invenire.

33. Ornaverunt faciem templi coronis aureis, & dedica-

v6-

verunt altare Dómino: **34.** Et facta est leticia magna in populo. **35.** In hymnis & confessionibus benedicebant Dóminum. Et facta.

Lectio iii.

Ut autem cognóvit Jere-mias, culpans illos, dixit: Quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat: & tunc Dóminus ostendet hæc, & apparebit majestas Dómini, & nubes erit, sicut & Moysi manifestabatur, & sicut cum Salomon petiit ut locus sanctificaretur magno Deo, manifestabat hæc. Magnificet enim sapiéntiam tractabat: & ut sapiéntiam habens, obtulit sacrificium dedicationis & consummationis templi.

36. In hymnis & confessionibus benedicebant Dóminum: **37.** Qui magna fecit in Israël, & victoriam dedit illis Dóminus omnipotens. **38.** Ornaverunt faciem templi coronis aureis, & dedicaverunt altare Dómino. Qui magna. **Gloria Patri. Qui.**

FERIA TERTIA.
De libro secundo Machabæorum.

Lectio i. **Cap. 1.**
Igitur cum sancta civitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optime custodiuntur, propter

Onia pontificis pietatem, & animos odio habentes mala, fiebat ut & ipsi reges & principes locus summo honore dignum dicerent, & templum maxime numeris illustrarent, ita ut Seleucus Asia rex de redditis suis præteret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Simon autem de tribu Benjamin præpositus templi constitutus, contendebat obsistente sibi principe sacerdotum, iniquum aliquid in civitate moliri.

39. Hic est frater amator, & populi Israël: **40.** Hic est qui multum orat pro populo, & universa sancta civitate Jerusalem. **41.** Vir iste in populo suo mitissimus apparuit. Hic est.

Lectio ii.
Sed cum vincere Oniam non posse, venit ad Apollonium Tharsæ filium, qui eo tempore erat cum Coelestis, & Phenicis: & nuntiavit ei, pecunias innumerabiles plenum esse ararium Jerosolymis, & communes copias immensas esse, que non pertinent ad rationem sacrificiorum: esse autem possibile sub potestate regis cadere universa. Cumque retulisset ad regem Apollonium de pecuniis que delatae erant, ille accitum Heliodorum, qui erat super negotia ejus, misit cum mandatis, ut

L 3 præ-

Infra Hebdomadam quartam Octobris.
 prædictam pecuniam transportaret. Stاتمque Heliodorus iter est aggressus, specie quidem quasi per Coelesyriam & Phœnicen civitates esset peragraturus, re vera autem regis propositum persequitur. Tu Domine universorum, qui nullam habes indigentiam: voluisti templum tuum fieri in nobis: Conserva domum istam immaculatam in æternum Domine. Tu elegisti Domine domum istam ad invocandum nomen tuum in ea, ut esset domus orationis & observationis populo tuo. Conserva.

Lectio iij.

Sed, cum venisset Ierosolymam, & benigne à summo sacerdote in civitate esset exceptus, narravit de dato iudicio pecuniarum: & cuius rei gratia adesset, aperuit: interrogabat autem, si verè hæc ita essent. Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse hæc, & victualia viduarum & pupillarum: quædam verò esse Hircani Tobie, viri valde eminentis, in his quæ detulerat impius Simon: universa autem argenti talenta esse quadringenta, & auri ducenta. Decepi verò eos, qui credidissent loco & templo, quod per universum mundum honoratur, pro sui veneratione & sanctitate omni-

nò impossibile esse.
 2. Aperi oculos tuos Domine, & vide afflictionem nostram: circumdederunt nos Gentes ad puniendum nos.
 3. Sed tu Domine extende brachium tuum, & libera animas nostras. Afflige opprimentes nos, & contumeliam facientes in superbiis: & custodi partem tuam. Sed tu Domine. Gloria Patri. Sed tu Domine. **FERIA QUARTA.**
 De libro secundo Machabæorum.

Lectio i. Cap. 3. d.

Heliodorus autem, quod decreverat, perficiebat eodem loco ipse cum satellitibus circa ararium presens. Sed spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis evidentiam, ita ut omnes qui ausi fuerant parere ei, ruentes Dei virtute, in dissolutionem & formidinem converterentur. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus: isque cum impetu Heliodoro prioris calces ellisit. Qui autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea.

2. Refulsit sol in clypeos aureos, & resplenderunt montes ab eis: Erat fortitudo Gentium dissipata est. Erat enim exercitus magnus valde, & fortis: & appropriavit

Ju-

Judas, & exercitus ejus in pralio. Et.

Lectio ij.

Alii etiam apparuerunt duo juvenes virtute decori, optimi gloria, speciosque amici: qui circumsternerent eum, & ex utraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes. Subito autem Heliodorus concidit in terram, eumque multa caligine circumfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt. Et is, qui cum multis cursoribus & satellitibus prædictum ingressus est ararium, portabatur nullo sibi auxilium ferente, manifesta Dei cognita virtute. Et ille quidem per divinam virtutem jacebat mutus, atque omni spe & salute privatus.

2. Ornaverunt faciem templi coronis aureis, & dedicaverunt altare Domino. Et facta est læticia magna in populo. In hymnis & confessionibus benedicebant Dominum. Et facta.

Lectio iij.

Considerans autem summus sacerdos, ne forte rex suspicaretur malitiam aliquam ex Judæis circa Heliodorum consummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem. Cùmque summus sacerdos exoraret, fidem juvenes eidem vestibus amici,

astantes Heliodoro dixerunt, Onia sacerdoti gratias ager nam propter eum Dominus tibi vitam donavit. Tu autem à Deo flagellatus, nuntia omnibus magnalia Dei & potestatem. Et his dictis, non comparuerunt.

2. In hymnis & confessionibus benedicebant Dominum: Quia magna fecit in Israël, & vigiliam dedit illis Dominus omnipotens. Ornaverunt faciem templi coronis aureis, & dedicaverunt altare Domino. Qui magna. Gloria Patri. Qui. **FERIA QUINTA.**

Si hæc Hebdomada fuerit ultima Octobris, in tribus sequentibus diebus legimus Lectiões Dominicæ quintæ, & Ferie secundæ & tertie ejusdem Hebdomadæ: quæ si fuerint impediatæ, eo anno omittantur illæ Lectiões, quæ his diebus legi non possunt. Si verò in sequenti Hebdomada hæc Lectiões in suis feriis legi non possint, ponantur in sequentibus feriis ejusdem Hebdomadæ, juxta ordinem Historiæ & Martyrii Machabæorum.

De libro secundo Machabæorum.

Lectio i. Cap. 4.

Simon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator, male loquebatur de Onia, tamquam ipse Heliodorum instigasset ad hæc,

Et ipse fuisset incensor malorum: provisorumque civitatis, ac defensorum gentis suae, & simulatorem legis Dei, audēbat insidiatorem regi dicere. Sed, cum inimicitie in tantum procederent, ut etiam per quosdam Simonis necessarios homicidia fierent: considerans Omnia periculum contentionis, & Apollonium insanire, utpote ducem Coelesyriae & Phenicis, ad augendam malitiam Simonis, ad regem se contulit, non ut civium accusator, sed communem utilitatem apud semetipsum universae multitudinis considerans.

Adaperiat Dominus cor vestrum in lege sua, & in praeceptis suis, & faciat pacem in diebus vestris. Concedat vobis salutem, & redimat vos a malis. Exaudiat Dominus orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. Concedat.

Lectio ij.

Videbat enim sine regali providentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare a stulticia sua. Sed post Seleuci vitae excessum, cum suscepisset regnum Antiochus, qui Nobilibus appellabatur, ambiebat Jason fratrem Oniae summum sacerdotium: adito rege, promittens ei argenti talenta sexcenta sexaginta, & ex red-

ditibus aliis talenta octoginta, super hac promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati ejus concederetur gymnasium, & ephebiam sibi consistere, & eos, qui in Jerusalem erant, Antiochensibus scribere.

Exaudiat Dominus orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. Dominus Deus noster. Det vobis cor omnibus, ut colatis eum, & faciatis ejus voluntatem. Dominus.

Lectio iij.

Quod cum rex annuisset, & obtinisset principatum, statim ad Gentilem ritum contribulos suos transferre coepit. Et amotis his, quae humanitatis causa Judaeis a regibus fuerant constituta, per Joannem patrem Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia & societate functus esse legatione legitima, civium jura destitutus, prava instiituta sanciebat.

Congregati sunt inimici nostri, & gloriantur in virtute sua: contemere fortitudinem illorum Domine, & disperse illos. Ut cognoscant, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. Disperge illos in virtute tua, & destrue eos protector noster Domine. Ut cognoscant. Gloria Patri. Ut.

FE-

FERIA SEXTA.
De libro secundo Machabearum.

Lectio i.

Cap. 5.
Eodem tempore Antiochus secundum promotionem paravit in Aegyptum. Contigit autem per universam Ierosolymorum civitatem videri diebus quadraginta per aera equis discurrentes, auratas stolas habentes, & hastis, quasi cohortes, armatos, & cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorum motus, & galeatorum multitudinem gladiis districtis, & telorum iactus, & aureorum armorum splendorem, omnibus generis loricatorum. Quapropter omnes rogabant in bonum monstra converti.

Impetum inimicorum ne timeatis: memores estote, quomodo salvi facti sunt patres nostri: Et nunc clamemus in caelum, & miserabimur nostri Deus noster. Memoretote mirabillum ejus, quae fecit Pharaoni, & exercitui ejus in mari Rubro. Et nunc.

Lectio ij.

Ed cum falsus rumor existet, tamquam vita excessisset Antiochus, assumpsit Jason non minus mille viris, repente aggressus est civitatem: & civibus ad mu-

rum convocationibus, ad ultimum apprehensa civitate, Menelaus fugit in arcem: Jason vero non parcebat in cade civibus suis, nec cogitabat prosperitatem adversum cognatos matrum esse maximum, arbitrans hostium & non civium se trophaea capturum. Et principum quidem non obtinuit, finem vero insidiarum suarum confusionem accepit & profugus iterum abiit in Ammaniten.

Congregate sunt Gentes in multitudine, ut dimicent contra nos, & ignoramus quid agere debeamus. Domine Deus, ad te sunt oculi nostri, ne precamur. Tu scis quae cogitant in nos: quomodo poterimus subsistere ante faciem illorum, nisi tu adjuves nos Domine.

Lectio iij.

Ad ultimum, in exitum sui conclusus ab Aera Arabum tyranno, fugiens de civitate in civitatem, omnibus odiosus, ut refugia legum & civium hostis, in Aegyptum extritus est: & qui multos de patria sua expulerat, peregre perit in Aedamonas prolectus, quasi per cognatione ibi refugium habitus: & qui insepultos multos abiecerat, ipse & illamentatus & insepultus abiit.

L 5

61-

Infra Hebdomadam quartam Octobris.
 citur, sepultura neque peregrina usus, neque patrio sepulchro participans.

Tua est potentia, tuum regnum Domine: tu es super omnes gentes: * Da pacem Domine in diebus nostris. **V.** Creator omnium Deus, terribilis & fortis, iustus & misericors. Da pacem. **Gloria Patri. Da pacem.**

S A B B A T O.

De libro secundo Machabæorum.

Lectio i. *Cap. 6.*

Sed non post multum temporis misit rex Antiochus senem quemdam Antiochenum, qui compelleret Judæos, ut se transferrent a patris & Dei legibus: contaminare etiam quod in Jerosolymis erat templum, & cognominare Jovis Olympii: & in Garizim, prout erant hi qui locum inhabitabant, Jovis Hospitalem. Pessima autem & universis gravis erat malorum incursio: nam templum luxuria & comessationibus Gentium erat plenum, & scortantium cum meretricibus, sacrasque adibus mulieres se ultrò ingerebant, intrò ferentes ea, quæ non licebat.

V. Refulsit sol in clypeos aureos, & resplenderunt montes ab eis: * Et fortitudo Gentium dissipata est. **V.** Erat enim exercitus magnus val-

de, & fortis: appropriavit Judæ, & exercitus ejus in prælio. **Et.**

Lectio ij.

Allare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. Neque autem sabbata custodiebantur, neque dies solemnes patri servabantur, nec simpliciter Judæum se esse quisquam confitebatur. Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia: & cum Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hædera coronati Libero circumire. Decretum autem exiit in proximas Gentium civitates, suggerentibus Ptolemæis, ut pari modo & ipsi adversus Judæos agerent, ut sacrificarent: eos autem, qui nolent transire ad instituta Gentium, interficerent: erat ergo videre miseriam.

V. Ornaverunt faciem templi coronis aureis, & dedicaverunt altare Domino: * Et facta est læticia magna in populo. **V.** In hymnis & confessionibus benedicebant Domino. **Et.**

Lectio iij.

Uæ enim mulieres delatæ sunt natos suos circumcidisse: quas, infantibus ad ubera suspensis, cum publice per civitatem circumdixissent, per muros præcipitaverunt. Alii vero, ad proximas coeuntis speluncas, & latenter sabbati diem celebra-

brant.

brantes, cum indicati essent Philippo, flammis succensunt, eò quod verebantur propter religionem & observantiam, manu sibi met auxilium ferre. Obsecro autem eos, qui hunc Librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter adversos casus, sed repitent ea, quæ acciderunt, non ad interitum, sed ad correctionem esse generis nostri.

V. In hymnis & confessionibus benedicebant Domino: * Qui magna fecit in Israël, & victoriam dedit illis Dominus omnipotens. **V.** Ornaverunt faciem templi coronis aureis, & dedicaverunt altare Domino. Qui magna. **Gloria Patri. Qui.**

S A B B A T O

Ante Dominicam quintam Octobris, nisi sit dimittenda, quia hæc proximior sit Kalendis Novembris.

Ad Magnificat, Antiphona.

Tua est potentia, tuum regnum Domine, tu es super omnes gentes: da pacem Domine in diebus nostris.

DOMINICA V.

Octobris.

In primo Nocturno.

De libro secundo Machabæorum.

Lectio i. *Cap. 6. d.*

Igitur Eleazarus unus de primoribus Scribarum, vir ætate provectus, & vultu decorus, aperto ore hians, compellebatur car-

nem porcinam manducare. At ille ploriosissimum mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntarie præbat ad supplicium. Intuens autem quemadmodum oporteret accedere, patienter sustinens, destinavit non admittere illicita propter viræ amorem. Hi autem qui astabant iniqua miseratione commoti, propter antiquum viri amicitiam, tolerantem cum secreto, rogabant afferi carnes, quibus vesci ei liceret, ut simularetur manducasse, sicut rex imperaverat, de sacrificiis carniibus: ut, hoc facto, à morte liberaretur: & propter veterem viri amicitiam, hanc in eo faciebant humanitatem.

V. Adaperat Dominus cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem in diebus vestris: Concedat vobis salutem, & redimat vos à malis. **V.** Exaudiat Dominus orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. **Concedat.**

Lectio ij.

At ille cogitare cepit ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenite nobilitatis enitiam, atque à piero optima conversationis actus: & secundum sanctæ & à Deo conditæ legis constituta, respondit cito, dicens, præmitti se